Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IVDICVM

bezech. et pursuauerunt eum eum
et percusserunt chananeum et fere
zeum. fuisit autem adonibezech
quem secum comprehenderunt cesis
summitatibus manuum eius ac pedum
ut ait adonibezech. Septuaginta
reges amputatis manuum ac pe
dum summitatibus colligebant sub
mensa mea alterum reliquias. sicut
fecerunt ita reddidit mihi deus. Adduxe
runt eum in iherusalem et ibi mortuus est
Oppugnantes autem filii iuda iherusalem cepe
runt eam et percusserunt in ore gladii
tradentes eam flamme incendio ciuitate
et postea contendentes pugnauerunt con
tra chananeum qui habitabat in mon
tanis et ad meridiem et in campestri
bus. Porro iudas contra chanane
um qui habitabat in hebron cuius nomen
fuit antiquitus chariatharbe peruc
sit sysai et chaman et tholmaich. atque
inde profectus abiit ad habitatores da
bir cuius nomen vetus erat chariath
sepher i. ciuitas litterarum. Dixitque ca
leph. qui percusserit cariathsepher et
vastauerit eam dabo ei aksam filiam
meam uxorem. Cumque cepisset eam
othoniel filius cenes frater caleb
iunior dedit ei aksam filiam suam con
iugem. quam perurgente incitaque mo
uit ut peteret a patre suo
agrum. Quae cum insipuisset asino
dixit ei caleb. quid habes at illa res
pondit. Da mihi benedictionem quia
terram arentem dedisti mihi. da et
irriguam aquis. deditque ei erbo caleb
ut irriguum superius et irriguum in
ferius. filii autem cineei cognati moysi
ascenderunt de ciuitate palmarum
cum filiis iuda in desertum sortis ei
quod est ad meridiem arad et habita
uit cum eo. abiit autem iudas cum
symone fratre suo et percusserunt si
mul chananeum qui habitabat in se
phat et interfecerunt eum. vocatum
que est nomen urbis cermaa. anatha
Cepit quoque iudas gazam cum finibus
suis. et ascalonem atque accaron cum
terminis suis. fuitque dominus cum
iuda et montana possedit nec potuit
delere habitatores uallis. quia falcatis
curribus habundabant. Dederunt
que caleb ebron sicut dixerat moyses
qui delerunt ex ea tres filios enach. Je
busaeum autem habitatorem urbis non dele
uerunt filii beniamin. habitauit que je
buseus cum filiis beniamin in iherusalem
usque in presentem diem. Domus quo
ioseph ascendit in bethel. fuitque dis
cum eis. iam cum obsiderent urbem
que prius baca uocabatur. viderunt
hominem egredientem de ciuitate
dixerunt que ad eum. ostende nobis
introitum ciuitatis et faciemus tecum
misericordiam. qui cum ostendisset
eis percusserunt urbem in ore gladii
hominem autem illum et omnem cog
nationem eius dimiserunt qui dimis
sis abiit in terram cethim et edificauit
ibi ciuitatem uocauit que eam luza
que ita appellatur usque in hodiernum die
manasses quoque non delerunt bethsan
et thanath cum vicinis suis et habita
tores endor et iebleam et maseddo cum
uicinis suis. cepit que chananeus ha
bitare cum eis. Postquam autem confor
tatus est israel fecit eos tributarios et
delere noluit ephraim etiam non de
ter fecit chananeum qui habitabat in
gazer. Sed habitauit cum eo zabulo

139